ſ, duoꝝ extremoꝝ q̃ cõiungit (deus autẽ vnus ẽ) ſcꝫ xp̃s qui eſt vnus cũ pr̃e ⁊ ſpũ ſancto. ⁊ hoc eſt ſm diuinã naturã. Et eſt etiã mediatoꝛ dei ⁊ hoĩm recõcilians ho mines deo patri. ⁊ hoc ſm humanã natu ram (lex ergo aduer ſus ꝓmiſſa dei abſit) Vin. q. d. nullo modo lex fuit ↄtra ꝓmiſſa dei q̃uis ꝓmiſſio fuit per fectioꝛ q̃lex (Si enim data eſſet lex que poſſꝫ viuificare) id eſt vitaꝫ eternam conferre (ve re ex lege eſſꝫ iuſticia) et non ex promiſſione abrahe (ſed concluſit ſcriptura) id ẽ lex moy ſi. que eſt lex ſcripta. (omnia ſub peccato) Lyra. inquantũ oſten debat peccatũ nec ta men mundabat (vt ꝓ miſſio) eterne beatitu dinis (ex fide ieſu xp̃i daretur credentibus) Lyra. fide foꝛmata q̃ facit tendere in deum.

ſ Piritu ambu late et deſi. ⁊c̃. Ante initium illi⁹ epiſtole ſcribit ſan ctus Paulus dicens. Omnis lex in vno ſer mone implet̃. Diliges primũ tuũ ſicut teipm̃ Tunc ſequit̃ preſens epiſtola. Vbi notã dum ꝙ epiſtola hodierna ⁊ euangeliũ ho diernũ in hoc concoꝛdãt. quia ſicut euan gelium dicit de decem lepꝛoſis qui ſunt a xp̃o mũdati. Sic ep̃la enumerat opa car nis q̃ leprã ſpũalem q̃ hoꝛribilioꝛ ẽ lepra coꝛpoꝛali inducũt. Hoꝛtat̃ aũt nos ap̃ls in hac ep̃la vt caute ambulem⁹ di. (Spũ ambulate) Vin. i. ſm ſpm̃ diuinum opera vr̃a facite (⁊ deſideria carnis). i. delecta tiones ⁊ ↄcupiſcẽtias que caro ſuggerit (nõ ꝑficietis) id eſt ope nõ implebitis (ca ro eñ concupiſcit aduerſus ſpiritũ) Lyra id eſt ſenſualitas contra rõnẽ (ſpirit⁹ au tem) ſupple econuerſo (aduerſus carnẽ.

Hec enĩ ſibinuicẽ aduerſant vt nõ q̃cũqꝫ vultis faciatis Q̃ ſi ſpũ ducemini nõ eſtis ſub lege. Manifeſta aũt ſunt opa carnis. q̃ ſũt fornicatio immũdicia. ĩpudicicia luxuria. idoloꝝ ſuitꝰ. veneficia. ĩimicicie. ꝯtẽtões. emulationes. ire rixe. diſſenſiões. ſecte. ĩuidie. homicidia. ebrietates. comeſatiões. ⁊ his ſimilia. Que p̃dico vobis ſicut p̃dixi qm̃ q̃ talia agũt regnũ dei nõ ꝯſequẽtur. Fructꝰ aũt ſpũs ẽ charitas. gaudiũ. pax. patiẽtia. lõganimitas. bõitas. benignitas. mãſuetudo. fides modeſtia. cõtinẽtia. caſtitas aduerſꝰ huiuſmodi ñ ẽ lex. Qui aũt ſũt xp̃i carnẽ ſuã crucifixerũt cũ vicijs ⁊ cõcupiſcentijs.

(Hec enĩ ſibinuicẽ aduerſant) ſcꝫ caro ⁊ ſpũs. Caro enĩ natione terreſtris. Spũs aũt celeſtis. ⁊ dũ vnũqḋqꝫ ad patriã ſuaꝫ tendit ſit pugna vehemẽs intantũ (vt nõ q̃cunqꝫ vultis) ſm rõnẽ. illa faciatis. impediti motu ſenſualitatis (ꝙ ſi ſpũ duceminí) Ly. ſequẽtes ĩſtinctũ ſpũſſancti (nõ eſtis ſub lege) Gor. q̃ mala agentibꝰ poſita eſt vt puniant ꝓ exceſſibus ſuis (manifeſta autem ſunt opa carnis) quia ſunt ſenſibilia (q̃ ſunt fornicatio) Ly. ꝯcubitum ad cõcubitũ ſoluti cuꝫ ſoluta (immundicia). Gor. i. penã ꝯ naturaꝫ qḋ eſt innoĩabile (impudicitia) hoc ẽ in geſtibus vel actibus. vel oſculis vel alijs circũſtantijs illicitis (luxuria) eſt nomẽ generale ad vicium illud (ydoloꝝ ſeruitꝰ) Ly. vtpꝫ de ſalemone. iij. Regũ. xi. q̃ ex ardore libidinis cũ mulieribꝰ altenigenis motus fuit ad ſequendũ deos earũ (veneficia) Ly. i. ſortilegia q̃ rõe libidinis ſolẽt fieri (inimicicie) Ly. i. latentes animo (contentiones) in verbis clamoroſis (emulatões) in factis (ire. rixe) in affectu nocendi. vt qñ ſeinnicẽ ꝑcutiunt vel ledũt (diſſenſiones). i. qñ fieri ꝑtes incipiunt ⁊ ſciſmata (ſecte). i. hereſes (inuidie) in animo (homicidia) in facto (ebrietates) Gor. i. aſſidue potationes quo ad ſupfluitatẽ in potu (comeſationes) ſuperflue quo ad cibũ (⁊ his ſimilia) ad que caro ẽ prona. ſicut veſtimentoꝝ ⁊ lectoꝝ ⁊ mollicies balneorum. ⁊ ſic de alijs (que predico vobis) ſcꝫ anteq̃ꝫ veniet dies iudicij. quia tunc penitere nõ poteritis (ſicut predixi) vobis ante hanc epiſtolã (quoniaꝫ qui talia agũt) id eſt aliquid hoꝝ (regnũ dei nõ ꝯſequentur) Ãn. ex hoc ſequit ꝙ illa peccata iam enumerata in littera ſunt peccata mortalia. quia nihil ſeparat a deo niſi mortale peccatũ. Poſt hoc deſcribit vitã ſpiritualem dicẽs (fructus autem ſpũs) id eſt opera ſpirituſſancti (eſt charitas) ſine qua ea que ſequuntur nõ valent. ideo p̃ponitur (gaudium) id eſt puritas conſcientie ⁊ exultatiꝯ mẽtis. ⁊ hec eſt digna leticia (pax). i. concordia ad ꝓximũ quando ſe nõ inquietant ⁊ turbant (patientia) ſcꝫ in tollerantia aduerſitatum (longanimitas) ſcꝫ in expectatõne premioꝝ (bonitas). i. dulcedo animi interiꝰ (benignitas). i. largitas rerũ oſtendens bonitatem animi Job extra ꝑ opera (mãſuetudo) ꝙ eſt tractabilis ⁊ cõnerſatiuꝰ cũ alijs (fides) id eſt certitudo de inuiſibilibꝰ vt credat omnia credenda ⁊ nõ alia (modeſtia) vt homo ſeruet modum in dictis in factis ⁊ in omnibus agendis (continentia) vt homo etiaꝫ aliquando a licito ſe abſtineat propter deum. (caſtitas) vt recte vtatur licitis. vt vxore et huiuſmodi. (aduerſus huiuſmodi) ſcilicet opera (nõ eſt lex) quia iuſto nõ eſt lex poſita. ſed malis impoſita eſt lex. vt iniquitas eorũ per penas legis puniat ſed bonis impoſita ẽ crux xp̃i. ergo dicit (qui autẽ ſunt chriſti) id eſt boni chriſti imitatores (carnem ſuam crucifixerunt) id eſt chriſto crucifixo ſe conformauerũt affligendo carnẽ ſuam cum vicijs et concupiſcentijs) Lyra. ita ꝙ concupiſcentie ⁊ vicia mortua ſunt in eis.

Dñica q̄ndecima. Gal. vj

# Si ſpiritu vi/

uimus ſpū ⁊ ambule
mus. Nō efficiamur inanis
glorie cupidi inuicem ꝓuo/
cantes. inuicem inuidētes.
Frēs etſi p̄occupatus fuerit
hō in aliq̊ delicto vos q̄ ſpi
ritales eſtis huiuſmodi in/
ſtruite in ſpū lenitatis. conſi
derans teip̄m ne ⁊ tu tēpte/
ris. Alter alteri⁹ onera por/
tate. ⁊ ſic adimplebitis legē
xp̄i. Nam ſi q̄s exiſtimat ſe
aliq̄d eſſe cū nihil ſit ipſe ſe
ſeducit. Opuſ aūt ſuū ꝓbet
vnuſq̄ſq̧. et ſic in ſemetipſo
tm̄ gloriā habebit ⁊ nō in al
tero. Unuſq̄ſq̧ em̄ on⁹ ſuū
portabit. Cōmunicet autē
his q̄ cathezíſat verbo ei q̄
te cathezíſat in oībus bonis
Nolite errare. deus nō irri/
detur. Que em̄ ſemiauerit
hō hec ⁊ metet qm̄ q̄ ſemiat
in carne ſua. de carne et me/
tet corruptionē. Qui autē

Si ſpiritu viuim⁹ ſpiritu et ꝛc. Ad
f initiā illi⁹ ep̄le ſcribit ſctūs pau/
lus di. Qui ſunt xp̄i carnē ſuam
crucifixerūt cū vicijs ⁊ cōcupiſcētijs. Tūc
ſtatim ſequit̄ ep̄la p̄ñs q̄ cū euāgelio ho/
dierno concordari pōt
hoc mō. In euangelio
d̄r. Nemo pōt duobus
dñis ſeruire. Duo dñi
ſunt caro et ſpūs. In
ep̄la x̄o d̄r q̄lit̄ ſpū ſit
ambulādū ⁊ nō ſm̄ car
nē. Itē in euāgelio ꝓ/
hibet̄ ſollicitudo vite
p̄ñtis. In ep̄la horta/
mur ad opa ſpūs viui
ficantis. Un̄ ap̄lus di
cit (Fratres ſi ſpū viui
mus). i. ꝑ ſp̄m ſanctū
(ſpiritu ⁊ ambulem⁹)
ſequēdo inſtinctū ſpi/
ritusſancti in opibus
nr̄is vel dictamē recte
rōnis. Et q2 bonū op⁹
ꝓut frequēter eſt occa
ſio vane glorie. iō ſub
dit (nō efficiamur ina/
nis glorie cupidi inui
cem ꝓuocantes) Ly/
ra. verbis iniurioſis.
(inuicē inuidentes)
de bonis ꝓximoꝝ do/
lentes. poſt hoc ap̄lus
inducit nos ad mutuā
ſupportationē dicens.
(Frēs ⁊ ſi p̄occupat⁹
fuerit hō) Ly. per ali/
quā paſſionē inſurgen
tem vel ꝑ aliquā igno
rantiā (in aliquo deli
cto) Ubi ſciendum ꝙ
peccatū ē perpetratio
mali ⁊ delictū deſertio
boni (voſq̄ ſpiritales
eſtis). i. ꝑfectiores in
vita ⁊ ſcia (huiuſmodi īſtruite). i. ad bo/
num reducite (in ſpū lenitatis). i. rōnabi
liter ⁊ leniter nō in impetu furoris (conſi
derans teip̄m). i. fragilitatē ꝓpriā (ne et
tu tēpteris). i. in ſimile pctm̄ cadere per/
mittaris ſicut petrus cadere ꝑmiſſus eſt.

vt ſciret cōpati caſib⁹ ſubditoꝝ (Alter al/
terius onera portate). i. īfirmitates mu/
tuas ⁊ labores ſubueniēdo mutuo (et ſic
adimplebis legē xp̄i) q̄ eſt lex charitatis.
Hor. Lex eī moyſi fuit lex t̄ror̄. lex xp̄i lex
amoris. Un̄ Aug. bre/
uis differentia legis ⁊
euāgelij timor ⁊ amor
(Nā ſi q̄s exiſtimat ſe
aliq̄d eſſe). i. magnum
q̄d de ſe ſentiēs in ſu/
perbia (cū nihil ſit) de
ſe niſi vanitas ⁊ pctm̄
vt pz. i. Cor. iiij. quid
habes qd̄ nō accepiſti
(ipſe ſe ſeducit). i. ſe/
orſum a veritate ſedu
cit. quia ꝑ hoc ī ɔtēptū
fratris ⁊ ī alia pctā ca
dit. iō ſubdit̄ (op⁹ aūt
ſuū ꝓbet vnuſq̄ſq̧). i.
diligent̄ examinet (et
ſic in ſemetip̄o tm̄). i.
in teſtimonio ꝓprie cō
ſcientie (gloriā hēbit ⁊
nō ī altero). i. in falſa
laude alteri⁹ cui nō eſt
credēdū (vnuſq̄ſq̧ em̄
onus ſuū portabit). i.
mercedē boni vel mali
opis (cōicet aūt) Ly.
. ſ. p̄lato ⁊ doctori (is)
. i. ille (q̄ cathezíſat)
. i. īſtruit (x̄bo) ſcz do
ctrine (ei q ſe). i. q̄ eū.
(cathezíſat). i. īſtruit
(ī oīb⁹ bonis) q̄ dicit
⁊ docet nō ī malis que
facit. vtz Math. xxiij.
q̄ dicūt facite. ſm̄ opa
x̄o illoꝝ nolite facere
(nolite errare) ſcz cre
dēdo ꝙ poſſitis eis cō
formari in mal' et illici
tis ſicut dicūt q̄dā q̄re
n̄ faciā h̄ exq̄ ſacerdos me⁹ facit (deus nō
irridet̄) Hor. i. nō pōt falli (q̄ em̄ ſemina/
uerit hō) in p̄ñtis vite labore (hec ⁊ me/
tet) in futura retributōe (qm̄ q̄ ſeminat ī
carne ſua) ſcz fouendo vicia carnalia (de
carne ⁊ metet corru.). ſ. pene et̄ne (q̄ autē

ſeminat in ſpū).i.in ſpūalib⁹ opſbus (de ſpū).i. ꝟtutē ſpūſſcti (metet vitā eternā) ꝓ ꝑmio (bonū aūt faciētes ñ deficiam⁹) ſcꝫ a bono inchoato (tpe em̄ ſuo metem⁹ nō deficiētes) qꝛ merces erit eterna (ergo dū tēpus habem⁹) ſcꝫ merendi qd̄ breue eſt. (opemur bonū ad omnes) ſcꝫ generalit̄ (maxime autē ad domeſticos fidei) Gor. id ē ad xp̄ianos fideles q̄ domeſtici dicunt̄. qꝛ nobiſcum ſunt de familia eiuſdē dom⁹. ſcꝫ eccl'ie q̄ domus dei eſt

Obſecro vos ne deficiatis ī ⁊c̄.
o
Ante initiū illius epl'e ſcribit ſctūs paul⁹ dicēs ipſis ephe ſijs. Vos q̄ aliqñ erat̄ longe facti eſtis ꝓpe ī ſanguine xp̄i. Tūc ſeq̄tur pñs epl'a in q̄ apl's docet nos q̄liter nō ſolum in ꝓſperitatib⁹. ſ; etiā in tribulationib⁹ a bono deficere ⁊ retro cedere non debem⁹ dicens (Frēs. Obſecro vos ne deficiat̄) Vin. ſcꝫ in fide ⁊ bonis opibus ſcꝫ me exiſtēte (in tribulationib⁹ meis) .i. in vinculis ⁊ ī carceribus (ꝓ vobis) .i. ꝓ doctrina ⁊ fide quā vobis p̄dicaui (que) ſcꝫ fides (eſt gl'ia vr̄a).i. meritū gl'ie et̄ne (hui⁹ rei gr̄a).i. ꝓpt̄ hāc cauſam ſcꝫ vt nō deficiat̄ in fide ⁊ ſanctitate vite (flecto genua mea).ſ. cordis ⁊ corpis (ad p̄rēꝫ dñi nr̄i ieſu xp̄i) Ly.i. ip̄m deuote dep̄cando (ex q̄ oīs paternitas) ſcꝫ tanq̄ȝ ab autore (in celis).i. in celeſtib⁹ angel' (⁊ in t̄ra).i. in terreſtribus hoīb⁹ (noīat̄ vt det vobis ſm̄ diuitias gl'ie ſue).i. ſm̄ abundātiam bonitatis

ſeminat in ſpiritu. de ſpiritu metet vitā eternā. Bonū āt facientes nō deficiam⁹. tpe enī ſuo nō metem⁹ nō deficientes. Ergo dū tp̄s hēmus opemur bonū ad oēſ maxie aūt ad domeſticos fidei

Dñica. xvj. Eph. iij.

# Obſecro vos

ne deficiatis ī tribulatiōib⁹ meis ꝓ vobis q̄ eſt gloria vr̄a. Hui⁹ rei gr̄a flecto genua mea ad p̄rem domini nr̄i ieſu xp̄i. ex q̄ om̄is p̄rnitas in cel' ⁊ in terra nominat̄ vt det vob̄ ſm̄ diuitias gl'ie ſue ꝟtutē corroborari ꝑ ſpm̄ ei⁹ in īteriori homie habitare xp̄m ꝑ fidē in cordib⁹ vr̄is in charitate radicati ⁊ fūdati. vt poſſitiſ cō p̄hēdere cū oīb⁹ ſanctiſ q̄ ſit latitudo. lōgitudo. ſublimitas ⁊ ꝓfundū. Scire etiā ſupereminētē charitatem xp̄i vt īpleami ī oēm plenitudinē dei. Ei aūt q̄ potēs ē oīa

ſue (ꝟtutē) Ly. patiētie in aduerſis (corroborari ꝑ ſpm̄ ei⁹).i. ꝑ ſpm̄ſctm̄ (in interiori hoīe) ſcꝫ in volūtate ⁊ in intellectu. (hītare xp̄m ī cordib⁹ vr̄is ꝑ fidē) q̄ purificat habitaculū cordis vr̄i (in charitate radicati).ſ. queādmodum arbor q̄ quāto ꝓfundi⁹ figit radices in terra tanto min⁹ euellit̄ pōt (⁊ fundati) ad ſimilitudinē ſtabiliſ edificij. qꝛ quanto plus et melius dom⁹ fundat̄. tanto diutius ſtat (vt poſſitis cōp̄hendere) .i. ꝑfecte ītelligēre (cū oībus ſctīs) ſcꝫ apl'is martyrib⁹. ⁊ cōfeſſoribus. ⁊ ꝟginib⁹ ⁊ cū ꝑfectis fidelib⁹ (q̄ ſit) Gor. i. quāta debꝫ eſſe (latitudo) charitatis qꝛ in extēſione vſq; ad inimicos. vt pꝫ Math. v. Diligite īimicos veſtros (longitudo) ſcꝫ charitatis. qꝛ in ꝑſeuerantia meritoꝝ. vt pꝫ Math. x. Qui aūt pſeuerauerit vſq; in finē. hic ſaluus erit (ſublimitas) ſcꝫ charitatis. qꝛ in intētione celeſtiū p̄mioꝝ. vnde Coll'. iij. Que ſurſū ſunt q̄rite. (⁊ ꝓfundū) ſcꝫ charitatis. qꝛ ī hūilitate et cōſideratiōe iudicioꝝ dei. vñ pſ. xxxv. Iudicia dei abyſſus multa. Item oro vt poſſitis. (ſcire) id ē intelligere (etiā ſupeminētē charitatē xp̄i) qꝛ aīaꝫ ſuā ꝓ nob̄ poſuit. vtꝫ Io. xiiij. Maiorē charitatē nemo hꝫ vt aīam ſuā ponat q̄s ꝓ amicis ſuis (vt īpleamini in oēm plenitudinē dei) Vin. in oī fructu iuſticie in p̄ſenti. ⁊ tandē om̄i fructu glorie in futuro (ei aūt).i. deo p̄ri (qui potēs eſt omnia facere) id eſt omnipotens eſt.

facere abundanter ꝙ peti/
m⁹ aut ītelligim⁹ ſm ꝟtutē
q̄ opat̄ i nob̄ ipi glīa i ecclīa
et i xp̄o ieſu i oēs gn̄atōnes
ſeculi ſeculoꝝ. Amen.

Dñ̄. xvij. Ephe. iiij.

Obſecro vos
itaq̄ ego vinct⁹ i dn̄o vt di
gne ambuletis vocatōe q̄ vo
cati eſtis cū om̄i humilitate
et māſuetudine. cū patiētia
ſupportātes inuicē i charita
te. Solliciti ſeruare vnitatē
ſpūs i vīculo pacis Unum
corp⁹ ꝛ vn⁹ ſpūs ſicut voca
ti eſtis i vna ſpe vocatiōis
vr̄e. Unus dn̄s vna fides.
vnū baptiſma. vn⁹ d̄s ꝛ pr̄
oīm q̄ ſup oēs ꝛ p oīa ꝛ i oī/
b⁹ nobis. Qui ē benedictus
in ſecula ſeculorum. Amen.

(ſupabundanter) Hoꝛ. i. ſupra meritū vt
pz Rom̄. viij. Nō ſunt cōdigne paſſiones
hui⁹ tpis ad futurā gloriā (ꝙ petim⁹). i.
plus ꝙ petere ſciam⁹ vel p̄ſumamus (aut
intelligim⁹). i. plus ꝙ intelligere poſſu/
mus. Nō quia noſtra
intellectio ſemp eſt fi/
nita. ſ ſuū poſſe eſt in/
finitū. igit̄ (ſm virtu/
tem) ſcʒ diuinam (que
operat̄ i nobis) Hoꝛ.
vltra quā petere p̄ſu/
memus ſcʒ vt deus hō
fieret ꝛ ꝙ p nobis mo
reretur (Ipſi) ſcʒ deo
patri ſit (gloria in ec/
cleſia) Ain. quā in ſan
guine filij ſui lauit (et
in xp̄o ieſu). i. in eius
filio (in oēs generatio
nes ſeculi ſeculoꝝ). i.
in tota congregatione
mūdi vbi vna genera
tio p̄terit et altera ad/
uenit. ꝛ ſic quodāmo/
do ſuccedūt ſecula ſe/
culis.

Obſecro vos ita
o ꝙ ego vinct⁹ ꝛc̄.
Ante initiū il/
lius ep̄le ſcribit ſctū s
paul⁹ dicēs. Deus qui
potēs eſt oīa facere ſu
perabundant̄ ꝙ peti/
mus aut intelligimus
ſm virtutē que opatur
in nobis. Tūc ſequit̄
preſens epiſtola. Notandū ꝙ preſens epi
ſtola et euangeliū hodiernū concordāt in
hoc quia euangelium dicit de hydropico
quē dn̄s ieſus xp̄s curauit. ꝛ poſt h̄ ſupbi
am phariſeoꝝ increpando concludit di
cens. Qui ſe exaltat humiliabit̄. ꝛ qui ſe
humiliat exaltabit̄. Sic ap̄lus paulus in
epiſtola hodierna docet nos humilitatē.
patientiā ꝛ manſuetudinē. ſicut in epiſto
la patebit. Ergo dicit (Fratres. Obſecro
vos itaq̄) id eſt peto dans per hoc ſuper/
bis nō ſemp imperandi poteſtatem ꝛ exer
cendi. ſed pie āmonēdi. quia ſicut Sene/
ca dicit. Generoſius eſt animus hominis
potius vult verboꝝ dulcedine duci ꝙ im
portunitate trahi. id eſt facilius duci tur/
pia āmonitione ꝙ violenter trahat̄ impe
rio ꝛ poteſtate (ego) ſcʒ paulus (vinct⁹)
id eſt ligatus in carcere. Scripſit em̄ hāc
epiſtolam de roma de/
tentus in carcere p thi
motheū diſcipulū ſuū
(in dn̄o). i. ꝓpter do/
minū (vt digne ambu
letis) pcedēdo de vir/
tute in virtutē (voca/
tione qua vocati eſtis)
ſcʒ ad fidē catholicam
p predicationes meas
(cū omni humilitate)
Ly. ſcʒ interiori ꝙtuʒ
ad cōuerſationem (et
māſuetudinē) vt tra/
ctabiles ſitis (cum pa
tiētia) aduerſoꝝ (ſup/
portātes vos inuicē)
in defectib⁹ ꝛ infirmi/
tatibus (in charitate)
ſcʒ dei ꝛ pximi (ſollici
ti) ſupple ſitis (ſerua/
re vnitatē ſpūs) id eſt
vnitatē ecclīe quā fa/
cit ſpūſſanct⁹ ꝛ p oppo
ſitū e⁹ ſciſma facit dya
bolus (in vinculo pa/
cis) ſicut em̄ vinculuʒ
corporale vnit ligata
int̄ ipm. ſic pax ꝛ tran
quillitas ſeruāt vnita
tem credētiū (vnū cor
pus) ſupple ſitis qđ ē
corpus xp̄i myſticū. ergo debemus eſſe in
charitate ſicut membra corporis (ꝛ vnus
ſpūs) Ain. i. idē velle ꝛ nolle (ſicut voca
ti eſtis i vna ſpe) ſcʒ btītudinis et̄ne (vo
cationis vr̄e) ad fidē catholicā p quā ha/
bebitis vitā eternā (vn⁹ dn̄s) ſcʒ cui ſer/
uitis (vna fides) qꝛ lʒ articuli ſint multi
in fide catholica. tn̄ vna ē fides (vnū bap
tiſma) Ain. q̄ regeneramur (vn⁹ de⁹ et pr̄
oīm) ſcʒ p creationē. ꝛ iō nemo pōt alteri
ſe p̄ferre (q̄ ē ſup oēs) ſcʒ creaturas p ex/
cellētiā (ꝛ p oīa) p gnālem reꝝ gubnatōꝫ
(ꝛ i oīb⁹ nob̄) ſcʒ fidelib⁹ ſpēlit̄ ē p grām
(q̄ eſt bn̄dict⁹ in ſcl'a ſcl'oꝝ Amen.

Dñica.xviij.j.Corinth.j.

# Ratias ago

deo meo ſemper pro vobis in gr̃a dei que data ē vobis in xp̃o ieſu. q2 in omnibꝰ diuites facti eſtis in illo in omni verbo. ⁊ in oī ſcientia. ſicut teſtimoniū xp̃i confirmatū ē in vobis. ita vt nihil vobis deſit ī vlla gr̃a expectantibꝰ reuelationē dñi nr̃i ieſu xp̃i. Qui et cõfirmabit vos vſq3 in finē ſine crimine. in die aduētus domini noſtri ieſu chriſti.

Dñica.xix.Eph.iiij.

# Enouamini

ſpū mentis veſtre. ⁊ induite nouū hominē q̄ ſ̃m deū creatus eſt. in iuſticia ⁊ ſctītate veritatis. ꝓpter qđ deponētes mēdaciū loq̄mini veritatē vnuſq̄ſq3 cū ꝓxi

s Ratias ago deo meo ⁊c. Añ initiū illiꝰ ep̃le ſcribit ſctūs paulus apl̃s ſalutās amicabilit̃ corinthios di. Gr̃a vobis ⁊ pax a deo patre nr̃o et dño ieſu xp̃o. Tūc ſtatim ſequit̃ p̃ns ep̃la q̄ ꝯcordat cū euāgelio hodierno in hoc. quia in euāgelio legitur de magno mandato dilectionis. qđ abſq3 dono gr̃e ꝑfici non pōt vt ergo hoc mādatū magnū īplere poſſimꝰ tūc apl̃s paulꝰ in ep̃la hodierna nos inducit ad grām obtinēdā. et ꝓncipalit̃ ꝑ gr̃arūactiões q2 gr̃arūactio ē ad plꝰ dandū īuitatio. Ergo apl̃s dt in ep̃la (Gr̃as ago) Gloſa. corde. ore ⁊ ope. Hic mos ē apl̄i. q2 fere oēs ep̃las ſuas incipit a gr̃arūactione (deo meo ſꝑ) Ly. i. oībꝰ horis mihi ad orandū cōgruis ⁊ deputatis (ꝓ vobis) ſicut ꝓ filijs meis chariſſimis (in gr̃a dei). i. ꝓpt̃ gratiam dei (q̄ data eſt vobis in xp̃o ieſu) Ain. .i. ex meritis ⁊ virtute ieſu xp̃i (q2 in oībus) ſcz ꝑtinētibꝰ ad ſalutē (diuites facti eſtis in illo) ſcz xp̃o (in oī verbo) doctrine (et in oī ſciētia). i. intelligētia ſcꝓturaꝝ (ſic teſti. xp̃i) Gor. i. teſtioniū nr̃m đ xp̃o (ꝯfir. ē ī vob) .i. a vobis firmiter retentum (ita vt nihil vobis deſit in vlla gr̃a) ad ſalutē neceſſaria (expectantibꝰ reuelationē) Gor. i. claram viſionē ⁊ cognitionē (dñi noſtri ieſu xp̃i) que erit in patria celeſti (qui ⁊ confirmabit vos) in donis collatis (vſq3 in finem). i. vſq3 ad mortē vt ſitis (ſine crimine) Ly. i. ſine peccato mortali. quia peccatum veniale nō pōt etiā a ꝑfectis omnino vitari. Unde Prouerbi. xxv. Septies in die cadit iuſtus ⁊ reſurget (in die aduentus domini noſtri ieſu chriſti) id eſt in die iudicij. quia q̄ ſine crimine mortali in die mortis inuenietur. in die iudicij ſine crimine preſentabitur.

r Enouamini ſpi mētis veſtre ⁊c. Ante initium illiuſ epiſtole ſcribit ſanctus Paulus dicens. Unus dominus vna fides. vnum baptiſma. vnus deus ⁊ pater omnium. Tunc ſequitur epiſtola hodierna. que in hoc concordat cum euangelio hodierno. quia in euangelio legitur de paralitico quez dñs curauit. Sic ī epiſtola apoſtolus monet paraliticos ī anima vt erigant̃ ſpiritualiter a paraliſī ad bona opa dicēs. (Renouamini) Lyra per gratiam dei. ſpiritu mentis veſtre) id eſt in ſpiritu que eſt mens veſtra (⁊ induite nouū hoiem) Tho. vetus homo eſt adam per quē peccatū in omnes homīes ineroiuit Sed nouus homo eſt xp̃s qui eſt primū principium innouationis et renouationis. quoniam ſicut in adā omnes moriunt̃. ita et in chriſto omnes viuificabuntur (qui) ſcilicet nouus homo xp̃s. (ſ̃m deū creatus eſt). i. a ſpūſancto conceptus eſt in vtero virginis. ⁊ de ea natus ē (in iuſticia) operis (⁊ ſanctitate) cordis. (veritatis) oris. Lyra quia nō fuit in xp̃o duplicitas vel falſitas aliqua vel hypocriſis. vt patet prima Petri. ij. qui peccatnz nō fecit nec inuētus eſt dolus in ore eius (ꝓpter qđ deponētes mēdaciū) Ly. ꝑ qđ proximꝰ đfraudat̃ (loq̄mini veritatē vnuſq̄ſq3 cū ꝓxio ſuo) ꝑ quā cū eo recte viuit̃.

mo ſuo.qm̄ ſumꝰ inuicē mē
bꝛa.Jraſcimini ꝛ nolite pec
care.Sol nͦ occidat ſup ira
cundiā veſtrā. Nolite locū
dare diabolo Qui furabat
iā nō furet Magis aūt la/
boꝛet operando manibꝰ ſu/
is qđ bonū ē vt habeat vn̄
tribuat neceſſitatē patienti
Dn̄ica.xx. Epheſ.v.

# Idete itaqꝫ

quō caute ambuletis
Nō q̄ſi inſipientes ſ vt ſapi
entes redimētes tp̄s qm̄ di
es mali ſūt.Propterea noli
te fieri iꝑudētes.ſed intel/
ligētes q̄ ſit volūtas dei Et
nolite inebꝛiari vino. In q̄
eſt luxuria.ſ impleami ſpū
ſctō loquētes vobiſmetipſis
in pſalmis ꝛ hymnis ꝛ cāti
cis ſpūalibꝰ cantātes ꝛ pſal
lētes in coꝛdibꝰ veſtris dn̄o
Gꝛatias agentes ſemper ꝓ
omnibus in nomine domi/

(qm̄ ſumꝰ inuicē mēbꝛa)Ain.nā vnū mē
bꝛū nō decipit alterū in eodē coꝛpe. ſ plꝰ
ꝯdolet ꝛ adiuuat alterū.Sic ꝙ os ſeruit
capiti.oculi pedibꝰ.ꝛ ſic de alijs mēbꝛis.
(Jraſcimi)cōtra peccantes(ꝛ nolite pec
care)nimis aſpere ar/
guendo.vn̄ Eccs. vij.
Noli eē iuſtꝰ multum
(Sol nō occi. ſu. ira.
veſtrā).i.nō duret vſ/
qꝫ a d occaſū ſolis(no
lite lo.da.diabo.)Ai.
.ſ.in ira pſeuerādo (q̄
furabat)Ly. an̄ con/
uerſionē de erroꝛe gen
tili(iā nō furet).ſ.xp̄i
anitatis tpe(magꝭ aūt
la.ope.manibꝰ ſuis.)
Hoꝛ.Unuſq̄ſqꝫ mani/
bus ſuis diligenter et
ſtrenue. qꝛ q̄ nō labo/
rat nō manducet.(qđ
bonū eſt).i.vtile ꝛ ho
neſtū(vt habeat)non
tm̄ vn̄ viuat.ſed ꝛ(vn/
de tribuat neceſſitatē
patienti).i.indigēti.
Jdete itaqꝫ q̄
v mō caute am.
ꝛc̄.An̄ initiuꝫ
illius epl'e ſcribit ſcūs
Paulꝰ di.Surge qui
doꝛmiſ ꝛ exurge a moꝛ
tuis ꝛ illūinabit te xp̄c
Tūc ſequit epl'a ho/
derna q̄ cōcoꝛdat cuꝫ
euangelio hodierno.
Nā in euāgelio legit
de nuptijs ꝛ quō q̄daꝫ
q̄ nō fuit indutꝰ veſte
nuptiali.traditꝰ fuit
ad tenebꝛaſ exterioꝛeſ
Sic in epiſtola p̄ſenti apoſtolus paulus
monet nos vt caute ꝛ ſapienter ambule/
mus ad illas nuptias de quibꝰ dicit euā
gelium ne veſtem nuptialem ſine qua ad
tenebꝛas exterioꝛes ꝓijciamur pdamus.
dicens(Fratres)Hoꝛ.id eſt filij eiuſdem
ſcꝫ patris dei.ꝛ eiuſdem matris.ſ. eccle/
ſie(Uidete)Hoꝛ. oculo interioꝛi.nō tm̄
exterioꝛi(quō caute ambuletꝭ)ꝓpter vie

picula que ſunt multa ꝛ varia(Nō q̄ſi in
ſipientes.ſ vt ſapientes)in oībus ꝓui/
dentes(redimētes tp̄s)Ly.ſ.bonis ope
ribꝰ inſiſtentes(qm̄ dies mali ſunt)Ai.
dies ſm ſe boni ſūt ꝛ a deo p oīa bene oꝛ
dinati. ſ dicunt mali
occaſionaliter. vl' p ac
cidens ꝓpter miſeriaꝫ
ꝛ penalitatē quas pa/
tiunt hoīes diebꝰ iſtꝭ
vel ꝓpter peccata vel
maliciaſ hoīm q̄ ſuper
abundant diebꝰ iſtis.
Quia iā totuſ mundꝰ
in maligno poſitꝰ eſt.
(ꝓpterea)qꝛ dies ma/
li ſunt(nolite fieri im
pꝛudentes ſ intelligē
tes q̄ ſit volūtas dei)
Ain.vt ſm illā opemi
ni vt ſic voluntas vr̄a
diuine voluntati ꝯfoꝛ
met.(ꝛ nolite inebꝛia
ri vino.)Ain. i. vltra
neceſſitatē ꝛ menſurā
vti vino(in quo eſt lu
xuria).ſ.nō foꝛmalit.
ſ effectiue ꝛ cauſaliter
vt patuit in loth. q̄ pꝰ
vinū cōmiſit inceſtum
vt ptꝫ Gen̄.xix.(ſ im/
pleamini ſpūſctō)Ly.
qui datur ſobꝛijs ꝛ ca
ſtis (loquentes vobiſ
metipſis)Aincen. id ē
inſtruentes nō ſolum
alios. ſed etiam voſ/
metipſos.(ī pſalmis)
id eſt verbis ſacre ſcri
pture de laude dei.(ꝛ
canticis ſpiritualibꝰ)
id eſt. in verbis ſacre
ſcripture de gaudijs eternis tractantibꝰ
(cantantes ꝛ pſallentes in coꝛdibus ve/
ſtris domino)Ain.id eſt ad honoꝛē dn̄i.
(gratias agentes ſemp ꝓ oībus).ſ.do/
nis qꝛ gratitudo beneficij accepti diſpo/
nit ad receptionem alterius(in noīe do/
mini noſtri ieſu xp̄i)Hoꝛ.id eſt ad exalta
tionē domini noſtri ieſu xp̄i.qꝛ dicit dn̄s
ꝓpter poteſtatē.nr̄ ꝓpter charitatē. ieſus

ꝓpter ſalutē.xp̄s ꝓpter benignitatē (deo
ꝛ patri).ſ.deo ꝑ creationē.patri ꝑ guber/
nationē ꝛ cōſeruatōnē (Subiecti inuicē)
nō ſolū ſubditi p̄latis hūiliter ꝛ cū timo/
re obediēdo.ſ; etiā p̄lati humiliter ꝛ cū ti/
more curā eoꝝ ſollici
te gerendo (in timore
xp̄i.) qui eſt cuſtodia
omniū p̄dictoꝝ.

Confortamini
in dn̄o ꝛ in po
tentia virtut̄
eius ꝛc̄. An̄ initiū illi/
us ep̄le ſcribit. s. pau
lus in eod̄ ca.di.Ser/
ui obedite dn̄is vr̄is
carnalib⁹ cū omni ti/
more ī ſimplicitate coꝛ
dis veſtri ſic̄ xp̄o. Nō
ad oculū ſeruientes.
q̄ſi hoīb⁹ placētes.ſ;
vt ſerui xp̄i facientes
voluntatē dei ex anīo
cū bona voluntate ſer
uientes ſicut dn̄o ꝛ nō
hoībus. Tunc ſequit̄
pn̄s ep̄la in qua ap̄ls
nos inſtruit de bello ꝛ
armis contra dyabolū
q̄ nos multipliciter ī/
pugnat dicēs (Cōfoꝛ/
tamini in domīo) Hoꝛ
ra.cōtra bellū diaboli
(ꝛ in potentia virtut̄
eius) Ipſe em̄ dat vir
tutem ꝛ foꝛtitudinem
plebi ſue (induite vos
armaturā dei) Li.idē
virtutib⁹ q̄ ſunt arma
militū xp̄i (vt poſſit̄ ſtare) abſq; caſu pec
cati moꝛtalis (aduerſus īſidias diaboli)
qui eſt mille artifex (qm̄ nō ē nobis collu
ctatio aduer.carnē ꝛ ſanguinē).i. aduer
ſus homines q̄ ſunt caro ꝛ ſanguis ꝛ per
cōſequens viſibiles (ſ; aduer.pꝛinci.ꝛ po
teſtates) Uin. per pꝛincipes intelligunt̄
mediocres demones qui pꝛeſunt minoꝛi/
bus.ꝛ per poteſtates intelligunt̄ maio/
res demones. Nā de ſingulis oꝛdinibus
ceciderūt aliq̄ in q̄b⁹ naturalia remanſe/
rūt integra vt dicit Dyoniſi⁹ in de cele/

ni nr̄i ieſu xp̄i do ꝛ pr̄i. Sub
iecti inuicē in timoꝛe xp̄i.

Dn̄ica.xxi. Eph.vi.

# Confoꝛtami
in domino ꝛ ī potē
tia v̄tutis ei⁹. Induite vos
armaturā dei vt poſſitis ſta
re aduerſus inſidias diabo
li. Qm̄ nō ē nobis collucta
tio aduerſus carnē ꝛ ſangui
nē ſed aduerſus pꝛīcipes et
poteſtates.aduerſ⁹ mūdi re
ctoꝛes tenebraꝝ haꝝ ꝯ ſpūa
lia nequitie ī celeſtib⁹. ꝓpte
rea accipite armaturam dei
vt poſſitis reſiſtere in die
malo et in omnibus perfe
cti ſtare. State ergo ſuccin
cti lumbos veſtros in veri
tate ꝛ induite loꝛicam iuſti/
cie et calciati pedes in pꝛe
paratione euangelij pacis

ſti hierarcha. Et inferioꝛes demones ob/
ediunt ſuperib⁹ vt magis poſſint nocere
hominib⁹ (aduerſus mundi rectoꝛes).i.
aduerſus demones q̄ regunt mundū.id ē
mundialiter viuentes (tenebꝛarū harū)
ſc; q̄ homines mundi
ales habent tenebꝛo/
ſas animas ꝛ ſunt ī te
nebꝛis vicioꝝ ꝛ ꝑdu/
cent̄ poſt hec ad tene
bꝛas exterioꝛes (con/
tra ſpiritualia nequi/
cie).i.cōtra malignoſ
ſpiritus (in celeſtib⁹)
id eſt exiſtētes in h̄ ae
re caliginoſo de q̄bus
dicit̄ Mat.xiij. Aues
celi comederunt illud
ſcilicet ſemen ſemina/
tum.id eſt verbum dei
(ꝓpterea accipite ar/
maturā dei) id eſt vir/
tutes quibus deus ſu
os milites armat. Nō
armaturam mundi.q2
cum hoſtes ſint ſpiri/
tuales nihil valet con
tra eos armatura coꝛ/
poꝛalis (vt poſſitis re
ſiſtere) Ly.inſultibus
demonū (in die malo)
id eſt in pꝛeſenti vita.
vbi imminet pugna tē
tationum (ꝛ in omni/
bus) tam pꝛoſperis q̄
aduerſis (perfecti ſta
re) ita ꝙ non franga/
mini in aduerſis: nec
eleuamini in pꝛoſpe/
ris (ſtate ergo ſuccincti lūbos veſtros) id
eſt carnales concupiſcentias cingulo ca/
ſtitatis frenantes (in veritate) Hoꝛ.nō ſi
mulatoꝛie vt hypocrite qui ſunt quaſi vir
gines fatue habentes vaſa ſine oleo (in
duti loꝛicam iuſticie) Lyra.ſicut em̄ loꝛi/
ca cooperit totum coꝛpus.ſic iuſticia red
dit vnicuiq; debitum (ꝛ calciati pedes)
.i.affectiones ſint munite virtutibus.ne
a vicijs deturpent̄ (in pꝛeparatione euan
gelij pacis) vt ſitis pꝛeparati ad pꝛedicā/
dum euangelium chꝛiſti q̄ annunciat pa/

In omib⁹ ſumentes ſcutū fi
dei in q̄ poſſitis oīa tela ne:
q̄ſſimi ignea extinguere. Et
galeā ſalutis aſſumere ꝛgla
diū ſpūs quod ē ꝟbū dei.

Dominica. xxij. Phil'. j

Onfidimus
in dn̄o ieſu. qꝛ q̄ ce:
pit in vobis opus bonū ꝑfi:
ciet vſq3 in diē xp̄i ieſu. Sic
ē mihi iuſtū h̄ ſentire ꝓ om̄i
bus vobis. eo ꝙ habeā vos
in corde ꝛ ī vicul' meis. ꝛ in
defenſiōe ꝛ ī ꝯfirmatiōe euā
gelij ſocios gaudij mei om̄s
vos eſſe. Teſtis eni mihi eſt
deus quō cupiā vos om̄s in
viſceribus ieſu xp̄i. Et hoc
oro vt charitas vr̄a magis
ac magis abūdet in om̄i ſci
entia ꝛ in omni ſenſu vt pro
betis potiora. vt ſit' ſinceres
ꝛ ſine offēſa ī diē xp̄i. Reple:
ti fructu iuſticie ꝑ ieſu3 xp̄m

cem eternā (in omnib⁹) Hor. ſ. p̄lijs ſiue
illatis a carne. ſiue a mundo ſiue a diabo
lo (ſumentes ſcutum fidei) Ein. i. fidem
p ſcuto. de quo dr̄ p̄s. xc. Scuto circūda
bit te veritas ei⁹. Sicut em̄ ſcutū primo
recipit ictus. ſic prime
impugnationes ſūt ex
parte fidei. Itē ſcuto
ꝓtegit' ſiniſtra ps cor
poris. Sic fides hab3
ſolū ꝓtegere in hac vi
ta qꝛ nō erit fides poſt
hanc vitā (in q̄ poſſit'
om̄ia tela nequiſſimi)
Hor. i. acutas tentati/
ones diaboli (ignea)
id eſt de vicio ad viciū
inflamantia (extingue
re) id eſt ſupare (ꝛ ga/
leā ſalutis aſſumite) i.
charitatē. qꝛ ſicut ga/
lea ſupponit' alijs ar/
mis. ſic charitas alijs
virtutib⁹ p̄ponit'. (et
gladiū ſpūs) . i. gladi
um ſpūalē (qd̄ ē ꝟbu3
dei) qꝛ ꝑcuſſus verbo
dei diuidit' a mūdo de
hoc gladio dr̄ Mat. x.
Non veni mittere pa/
cem ſ3 gladium ꝛc̄.
C Onfidim⁹ in
dn̄o ihesu ꝛc̄.
Ad initiū illi
us epiſtole ſcribit ſan
ctus Paul⁹ ſalutādo
philip. di. Gratia vob̄
ꝛ pax a deo patre nr̄o
ꝛ dn̄o ieſu xp̄o. Tūc ſe
quit' epl'a pn̄s Ubi no
tandū ꝙ epl'a p̄ſens et
euangeliū hodiernū cōcordant. Quia in
euāgelio monemur ad habendā charita/
tē. Nō vt tm̄ bn̄ faciam⁹ ꝓximo. ſ3 etiā di
mittamus iniurias nobis ab eo illatas.
vt pz in euāgelio. Et ad illā ꝑfectā chari
tatē inducit nos apl's in p̄ſenti epl'a vt pa
tebit in textu di. (Frēs. Cōfidim⁹) Ein.
id ē fiduciā habem⁹ (in dn̄o ieſu) nō ī ali
qua alia creatura (qꝛ q̄ cepit in vob̄ opus
bonū ꝑficiet) Ly. ſicut em̄ inchoatō ope/
ris boni eſt a deo. ita et cōſūmatio (vſq3 ī
diē ieſu xp̄i) Ein. i. ad mortē cuiſlibet ho
minis. tūc de⁹ manifeſtabit ſe cuilibet ho
mini. ꝛ tunc reddet vnicuiq3 iuxta opera
ſua (Sicut ē mi. iu. hoc ſentire) . i. bona3
opinionē habere (pro
oībus vobis) qꝛ dile/
ctio facit bonū opina
ri de dilecto. ſ3 ſb̄ditur
(eo ꝙ ha. vos ī cor.)
Hor. i. in intimo affe/
ctu charitatis (ꝛ ī vin
culis meis.) Hor. i. in
vinculis ꝓ euangelio
patiendo (ꝛ in defenſi
onē euāgelij) . i. dum
euangeliū cōtra infide
les defendo (ꝛ confir
matione) . i. dum infir
mos in doctrina euan
gelij. ſ. cōfirmo. cū ī oī
bus his iā enumerat'
memor veſtri ſū deſide
rans (vos oēs eē ſoci
os gaudij mei) future
remuneratiōis. qꝛ quā
to plures ſocij: tanto
maius gaudiū. (teſtis
eī mihi eſt de⁹) Ein. i.
p̄bet teſtimoniū. (quō
cupiā vos oēs eē ī vi/
ſcerib⁹ ieſu xp̄i) . i. in
intimo amore ieſu xp̄i
(ꝛ hoc oro vt charitaſ
veſtra magis ac mag'
abundet) Ly. qꝛ chari
tas ſp creſcere pōt (in
oī ſciā) . ſ. diſcretōnis
vt amictis ꝓximos. et
vicia eoꝝ nō amet' (ꝛ
in omni ſenſu) . ſ. dili/
genter. qꝛ oīb⁹ bonis q̄ videt in eo que3
amat cōgaudet. ꝛ malis ei⁹ cōpatit' (vt ꝓ
betis potiora) Ein. i. ꝓbare poſſitis non
ſolū bona ſed etiā potiora. i. meliora ea ſe
quēdo (ꝛ ſitis ſinceres) . i. puri ꝛ mundi ī
vobis (ꝛ ſine offenſa) . ſ. ꝓximis veſtris.
in diem chriſti) id eſt vſq3 in fine3 vite (re
pleti fructu iuſticie) id eſt bonis operib⁹
que ſunt fructus iuſticie (per ieſum chri/
ſtum) a cuius gratia venit omne meritu3

in laudem ⁊ gloriam dei.

Dñica.xxiij. Phil.iij.

# Imitatores

mei eſtote ⁊ obſerua te eos q̄ ita ābulāt ſicut ha= betis formā nr̄am. multi eī ābulāt q̊s ſepe dicebā vobiſ Nūc āt ⁊ flens dico inimi= cos crucis xp̄i. q̊ꝝ finis inte rit⁹. q̊ꝝ de⁹ vēter ē ⁊ gl'ia in ꝯfuſiōe ip̄oꝝ q̄ t'rena ſapiūt nr̄a āt ꝯuerſatio in celis eſt. vñ etiā ſaluatorē expecta= mus dñz nr̄m ieſū xp̄m q̄ re formabit corp⁹ humilitatis nr̄e cōfiguratū corpori clari tatis ſue ſm oꝑationē qua poſſit etiā ſubijcere ſibi om nia ieſus xp̄s dñs noſter.

(in laudē ⁊ gl'iam dei) Ain. vt digne poſ ſitis deum laudare ⁊ glorificare.

Imitatores mei eſtote ⁊ obſer. ⁊c. Añ initiū illius ep'le ſcribit ſctūs Paulus in eodē ca. dicēs. Frēs ego nō arbitror meip ſum cōprehendiſſe. ad hucvnū aūt. Ly. ſup. ē qđ de me aſſero. q̄ q̄dē retro ſunt obliuiſcēs ad ea vō q̄ ſunt priora extēdens meip̄m. Tūc ſequit' ep'la preſens. Ubi notandū q̄ ep'la ⁊ euangeliū cōcordāt. Nā in euāgelio legit' qualiter imaginez dei .i. animā ſilitudīe ſua inſignitā deo reddere debem⁹. Cū dicit' red dite q̄ ſunt ceſaris ce ſari. ⁊ que ſūt dei deo. Sic in ep'la hodierna ap'lus hortat' nos vt reddamus deo imagi nē ſuā. ⁊ hoc fit imitā do doctrinā ip̄i⁹ ap'li ergo dicit (Frēs imi tatores mei eſtote). ſ. in fide ⁊ charitate (et obſeruate eos) id ē at tēdite diligent' vt vos eis cōformetis. (q̄ ita ambulāt) de virtute ī virtutē (ſicut habetis formā noſtram). ſ. viuendi vobis traditā verbo. exemplo. et ſcripto (multi eñ ambulāt). ſ. via ꝑuer ſa (q̊s ſepe dice. vobis) cū eēm pñs vobiſ cū (nūc aūt ⁊ flēs dico) hic notat' ꝯpaſſio apoſtoli q̄ fleuit alioꝝ miſeriā ⁊ ꝑditionē ⁊ ꝑ hoc inducere nos volens ad cōpaſſio nem ꝓximoꝝ (inimicos crucis xp̄i) qꝛ eo rū vita erat cruci xp̄i cōtraria. qꝛ in deli cijs viuebāt. quales fuerūt guloſi ⁊ luxu rioſi (quoꝝ finis interit⁹). ſ. etern⁹ qꝛ in fine cōſequunt' penā eternā (quoꝝ de⁹ vē ter eſt) qꝛ ſtudēt eis ſatiſfacere in oībus. Et q̄cq̄d faciūt ꝓ ventre faciunt. ⁊ ipſuz tanq̄ȝ deū colunt (⁊ gl'ia eoꝝ). ſ. tp̄alis (ī confuſione ip̄oꝝ). i. ꝑducet eos ad cōfu ſionē eternā (q̄ terrena ſapiūt) Ly. tantū mō ⁊ nō celeſtia (noſtra aūt cōuerſatio in celis eſt) Gor. i. ſimilis cōuerſationi cele ſtiū q̄uis ſum⁹ in terra (vnde ⁊ ſaluato rē) Gor. tam animaꝝ q̄ȝ corpoꝝ (expecta mus) venturū ad iudicium (dominū no ſtrū ieſum xp̄m q̄ refor mabit). ſ. in generali reſurrectione (corpus humilitatis nr̄e) Lyr. nam in nobis modo ē humiliatōnis occaſio eo q̄ eſt corruptibile ⁊ putrefactibile. ⁊ corro dit' a vermibus. ⁊ ī ci neres reſoluet' (ꝯfigu ratū) id eſt aſſimila tum (corpori claritat' ſue) qꝛ ſancti reſurgēt in corpore glorioſo. ſi cut et xp̄us reſurrexit. (ſm operationē) id ē. potentiam operandi. (q̄ poſſit etiā ſubijce re ſibi oīa) ꝓpter crea tionē eñ oīa ſunt ſibi ſubiecta q̄ de nullo fa cta ſunt. Et niſi ꝯſer uarent' a deo in eē in nihil r'digerent' (itaq̄ȝ frēs mei char.) Ly. i. mihi iūcti dilectōe ſp̄i rituali (⁊ deſi.) qꝛ deſi derabat eos videre tē poraliter hic in vita. ⁊ eternaliter in patria (gau. meū) de vr̄o ꝓ fectu (⁊ coro. mea) doctorib⁹ eī debet' co rona ſp̄ālis q̄ dicit' aureola (ſic ſtate) ſcȝ firmi cōtra tribulatōes h⁹ mundi (in dño chariſſimi) itaq̄ ab eo nullo mō euellami (Eucbodiā rogo ⁊ ſinthicē dep̄cor inid ipſū ſa. ī dño) Ly. i. firmit' ſtare. Iſte erāt due matrone q̄s cōfortat ſpecialit' ap'lus Tū ꝓpt' fragilitatis ſexū. Tū qꝛ miſtraue rāt ſibi nccīa ⁊ alijs p̄dicatorib⁹. vt oſtē deret ſe gratū (etiā rogo ⁊ te germane) ē nomē ꝓpriū (cōpar). i. ſoci⁹ ⁊ adiutor me us ī p̄dicatiōe (adiuua illas). ſ. mulieres (q̄ mecū laborauer't in euan.). ſ. mihi ne ceſſaria miſtrādo. ⁊ ñ ſolū mecū ſ (cū cle mēte ⁊ cete. adiutorib⁹) in p̄dicatōne ver bi dei ip̄is. ſ. ſicut ⁊ mihi nccīa miſtrādo.

On ceſſam⁹ pro vobis orātes ⁊c. Añ inicium illi⁹ ep̄le ſcribit ſctūs Paul⁹ in eodē ca. vi. ſalutando amicabil'r Colloſſen. Gr̄a vobis ⁊ pax a deo patre noſtro ⁊ dño nr̄o ieſu xp̄o. gras agim⁹ deo ⁊ patri dn̄i noſtri ieſu xp̄i ſp̄ p̄ vobis orātes. ſcilicȝ ego apl̄us ⁊ thimotheus diſcipul⁹ me⁹ audientes fidē vr̄am in xp̄o ⁊ dilectionē quā habet' in oēs ſanctoſ p̄p' ſpē q̄ repoſita eſt vobis in celis. Tūc ſequit' p̄ñs ep̄la. Notandū q̄ euāgeliū ⁊ p̄ñs ep̄la cōcordāt. q2 in euāgelio legit' de filia archiſynagogi yairi mortua quā dñs ad deuotā petitionē patris reſuſcitauit. Sic etiaȝ in ep̄la p̄nti apl̄us nos hortat' ad deuotā orōem p̄ quaȝ mens in deū eleuat' dicens (Frēs. Nō ceſſamus) Hor. horis oportunis (p̄ vobis orantes) Ly. mente (⁊ poſtulātes). ſ. ore (vt ipleamini agnitiōe voluntatis ei⁹) vt pleni⁹ diuinā volūtatē ꝯgnoſcatis q̄d velit ⁊ q̄d nō (in oī ſapiētia) q̄ntum ad cognitioneȝ rex ad vitā actiuā ptinentiuȝ (⁊ itellectu ſpirituali) q̄tū ad ꝯgnitionē ſpūaliū ad cōtemplatiuaȝ vitā ptinentiū (vt ambuletis digne). ſ. p̄ viam hui⁹ vite ad patriā (deo p̄ oīa placentes) p̄ rectā intentionē ⁊ bonā voluntatē (in oī ope bono fructificantes). i. p̄ bonā opationē ad deū ad p̄ximū ⁊ ad ſeip̄m (⁊ creſcentes in ſcientia dei). i. in cognitione diuinitatis (In omni virtute cōfortati ſm̄ potentiā claritat' eius). i. ſm̄ filiū q̄ eſt claritas patris per quā cōfortamur in bono. (in oī patiētia) Ly. p̄ aduerſorꝫ tolerantiā (⁊ longanimitatē) p̄ certā p̄mioꝝ expectatōnē (cū gaudio) Hora. nō ex triſticia aut neceſſitate. (in chriſto ieſu domino noſtro.

## Dominica. xxiiij. Coll'. j.

On ceſſam⁹ p̄ vobis orātes ⁊ poſtulantes vt ipleami agnitione volūtatis ei⁹. i oī ſapiētia ⁊ itellectu ſpirituali vt ābuletis digne deo p̄ oīa placētes in omi ope bono fructificātes ⁊ creſcētes in ſcīa dei. In omi virtute ꝯfortati ſm̄ potētiā claritatis ei⁹. In oī patiētia ⁊ lōganimitate. cū gaudio gratias agētes deo et pr̄i q̄ dignos nos fecit in partē ſortis ſanctoꝝ i lumie Qui eripuit nos d̄ ptāte tenebrarū ⁊ tranſtulit i regnū filij dilectōis ſue in quo habem⁹ redemptionē ⁊ remiſſionē pctōꝝ per ieſuȝ criſtū dominū noſtrum.

## Domica. xxv. Hier'. xxiij.

Ece dies veniēt d̄t dñs ⁊ ſuſcitabo dauid germē iuſtū. ⁊ regnabit rex ⁊ ſapiēs erit ⁊ fa

Ece dies veniēt dicit dñs. ⁊c. Añ initiuȝ illi⁹ p̄phetie. Locutus eſt dñs de⁹ p̄ p̄phetaȝ Hiere. vi. Ve paſtorib⁹ q̄ diſpgunt ⁊ dilacerāt gregē paſcue mee: dicit dñs. Jō hec dicit dñs de⁹ iſr'l ad paſtores q̄ paſcunt populū meum. Vos diſpſiſtis gregē ⁊ eieciſtis eos. ⁊ nō viſitaſtis eos. Ecce ego viſitabo ſup voſ malicīā ſtudioꝝ vr̄oꝝ ait dñs. Ecce cōgregabo reliq̄as gregis mei de oībus terris ad q̄s eieceram eos. Poſt h̄ ſequit' epiſtola hodierna q̄ eſt vltima dn̄ica anni. Pro quo notandū q̄ in prima ⁊ vltima dn̄ica eccl'ia agit de aduentu xp̄i. In ſignū q̄ ip̄e eſt alpha et o. prim⁹ ⁊ nouiſſimus primus in dignitate. nouiſſim⁹ in ſeruitute vn̄ Ber. Nemo illi ſb̄limior nemo illi humilior. Jtē in ſignū q̄ cūcta nr̄a opatio ab ipſo ſp̄ icipit ⁊ p̄ ip̄m cepta finit' (Ecce dies venient dic̄ dñs) Ly. ſ. xp̄i veri dei ⁊ homīs (⁊ ſuſcitabo dauid germen iuſtū). i. xp̄m q̄ factus eſt ex ſemie dauid ſm̄ carnē (⁊ regnabit rex) Math. xxviij. Data eſt mihi oīs poteſtas in celo ⁊ i terra (⁊ ſapiens erit) ſapiētia increata ⁊ craata (⁊ faciet iudicium) diſcretionis in p̄ſenti diſcernendo fideles ab infidelibus vocādo aliquos ad fidē ⁊ dimittēdo ali-

quos ſuo iuſto iudicio licet nobis occul⸗
to (⁊ iuſticiā in terra). ſ. dādo legē euāge
licā q̄ cōtinet ꝑfectā iuſticiā (Jn dieb' il⸗
lis ſaluabit̃ iuda). i. q̄cūꝫ veraciter ꝯfi⸗
tet̃ corde ⁊ ore nomen domini (⁊ iſrl̃ ha⸗
bitabit ꝯfident̃) Jſtō
refert̃ ad ſtatū eccleſie
triumphantis. vbi eſt
ſumma ſecuritas (⁊ h̃
eſt nomē qd̄ vocabunt
eū domin' iuſt' nr̃). ſ.
iuſtificans nos (ꝓpter
hoc ecce dies venient
dic̄ dn̄s. ⁊ n̄ dicēt vltra
viuit dn̄s q̄ eduxit fili
os iſrl̃ de t̃ra egypti)
ſcꝫ ꝑ moyſen. q꞉ ſic̄ ad
pn̄tiāꝫ maioris lumīs
min' obfuſcat̃. ſic ad
ueniente bn̄ficio incar
natiōis ieſu xp̄i ⁊ redē
ptionis noſtre ꝑ eū ꝑ⸗
fecte obfuſcata ſt̃ om
oīa bn̄ficia q̄ fuerunt ī
veteri lege tanq̄ꝫ mo⸗
dica aut nulla reſpecti
ue (ſ; viuit dn̄s q̄ edu
xit ⁊ adduxit) Glo. or.
ꝑ xp̄m (ſemen dom' iſ
rael de terra aquilōis
⁊ de cunctis terris ad
q̄s eieceraꝫ eos illuc)
Ly. iſta adductō intel
ligit̃ de vocatione ad
fidem xp̄i. q꞉ de oībus
ꝑtib' terre ſunt aliqui
vocati. ⁊ iſta vocatio
maior eſt ⁊ excellenti⸗
or incōparabiliter om
nib' beneficijs veterī
teſtamenti (⁊ habita⸗
bunt ī terra ſua) in ec
cleſia militante. ⁊ po⸗
ſtea triumphante. que
eſt terra viuentium ꝓ
miſſa fidelib' in p̄miū (dic̄ dn̄s oīpotēs.
Jdi ciuitatē ſanctā irlm ⁊c̄. Ante
v initiū illi' epiſtole ſcribit. s. Jo,
in eodē ca. di. Uidi celū nouū et
terram nouā. primū eīn celū ⁊ prima ter⸗
ra abijt. Ly. hec omnia in fine mundi in⸗

ciet iudicium ⁊ iuſticiā ī ter
ra. Jn diebus illis ſaluabit̃
iuda ⁊ iſrahel habitabit ꝯfi
dēter. Et hoc ē nomē quod
vocabūt eū dn̄s iuſt' noſter
ꝓpter hoc ecce dies veniēt
dicit dominus ⁊ nō dicēt vl
tra viuit domin' qui eduxit
filios iſrael de terra egypti.
ſ; viuit dn̄s q̄ eduxit ⁊ addu
xit ſemē dom' iſrael de ter⸗
ra aquilonis ⁊ de cūctis ter
ris ad quaſ eiecerā eos illuc
et habitabūt in terra ſua di
cit dominus om̄ipotens

In feſto dedicatōis Apo
calipſ. xxi.

# Jdi ciuitatē

ſanctā hieruſalez no⸗
uā deſcēdentē de celo a deo
paratā ſicut ſponſam orna⸗
tā viro ſuo. Et audiui vocē
magnā de throno dicētem.
Ecce tabernaculū dei cū ho
mib' ⁊ habitabit cū eis. Et
ipſi populus ei' erunt ⁊ ip̄e
deus cū eis erit eorū deus.

nouabunt̃ ⁊ in melius mutabunt̃ in cla⸗
ritate. vt ꝑꝫ Luc. xxi. Celū ⁊ terra tranſi
bunt. nō q̄ꝫtum ad ſbam. ſ; q̄ꝫtum ad for⸗
mā. ⁊ hoc totū cedet ad gl̄iam electoꝝ. q̄
ex creaturis laudāt deū. Tunc ſequit̃ epi
ſtola pn̄s (Jn dieb' il
lis) Dic. s. Joh. d̄ſcri
bit innouatōnē huma
ne nature q̄ꝫtuꝫ ad ele
ctos dicens (Uidi ci⸗
uitatē ſanctā hierlm)
Ly. i. electoꝝ ſocieta⸗
tē ꝑfecta charitate vni
tā (nouam) Ly. q̄ꝫtum
ad corꝑis gl̄iam. cor⸗
pora aūt ſanctoꝝ que
nunc ſunt corruptibi⸗
lia. groſſa. ponderoſa
⁊ obſcura. reſurgēt i⸗
mortalia. ſubtilia agi⸗
lia clara. ⁊ h̃ fit ex glia
animaꝝ ad corpora re
dundantia (deſcendē
tem de celo) Ly. Naꝫ
anime beate deſcēdēt
de celo vt corꝑa reſu⸗
mant ⁊ in iudicio com
pareāt (a deo paratā)
Ly. dotib' anime ⁊ cor
poris (ſic̄ ſponſam or⸗
natam.) v̄tutib' viro
ſuo). i. ad honorē viri
ſui. ſ. xp̄i (Et audi. vo.
magnā de throno). ſ.
diuine maieſtatis (di⸗
centem. Ecce taberna
culū dei cū hoīb' ⁊ ha
bitabit cum eis.) Ly.
habitatio eīm dei cum
hoīb' erit inſeꝑabilis
Quia beati ſꝑ habe⸗
būt apertā viſionē ⁊ ꝑ
fectā fruitionē (Et ip̄e
ppl̃us eius erūt). ſ. be
ati erunt ſicut ⁊ ip̄e be
tus eſt. vn̄ in p̄s. cxliij. Beatus populus
cuius dominus deus eius. Unde et Le⸗
uit. xxvi. Ego ero veſter deus voſqꝫ eritis
mihi populus (et ipſe deus cum eis erit
eorum deus) Glo. or. Quia nunq̄ꝫ ab eis
expellet̃ q꞉ nunq̄ꝫ peccabunt cōtra deum

Et abſterget deꝰ oēs lachꝛy mā ab oculis eoꝝ ⁊ mors vl tra nō erit neq̧ luctus neq̧ clamoꝛ neq̧ doloꝛ erit vltra que pꝛima abierūt. Et dixit qui ſedebat in thꝛono. Ecce noua facio oīa.

Incipit vlteriꝰ poſtilla ſu per epl̃as de ſanctꝭ ꝑ āni cir culū. ſm ſenſum lr̃alē. Pꝛio ſancti Andree apl̃i. Ro. x.

Corde enim creditur ad iuſtitiā ore aūt ꝯfeſſio fit ad ſalutē. Dicit eni ſcriptura. Oīs qui credit in illū nō ꝯfūdet̃ Nō enī eſt diſtinctio iudei ⁊ greci. Nā idem dn̄s oīm di ues in oēs q̄ inuocāt illum. Oīs eī quicūq̧ inuocaue rit nomē dn̄i ſalueꝛit Quō ergo iuocabūt i quē nō cre diderūt aut quō credent ei quē nō audierūt. Quō autē audirēt ſine p̄dicante. quo vero pꝛedicabūt niſi mittā tur. ſic ſcriptū ē. Quā ſpeci oſi pedeſ euāgelizātiū pacē

(Et abſterget deus omnē lachꝛymam ab oculis eoꝝ) diuerſe ſunt lachꝛyme q̄bus in hac vita affligunt̃ electi. Et ideo in fu turū fugatis doloꝛibus oīs lachꝛyma ab ocul' eoꝝ dicit̃ abſtergi (⁊ mors vltra non erit). i. ſepatio anīe et coꝛpis (neq̧ luctꝰ) ꝓ alienis miſerijs (neq̧ clamoꝛ). ſ. pꝛo pugna ſpiritꝰ ad carnē (neq̧ doloꝛ) de pctīs ꝓpꝛijs (erit vltra) vn̄ Eſa. li. Leticia ſempiterna ſu per capita eoꝝ. gaudi um ⁊ leticiā tenebunt ⁊ fugiet doloꝛ ⁊ gemi tus (que pꝛima abie runt) haymo. in p̄ſen ti vita boni hec iā enu merata ſuſtinent. ſed ī futura vita nihil ma li ſuſtinebunt (Et di xit q̄ ſedebat in thꝛo no). ſ. deus omnipo potens q̄ p̄ſidet eccle ſie ſue (Ecce noua fa cio omnia) Ly. ſ. celoſ ⁊ elementa ⁊ electoꝛū coꝛpa. vt ptꝫ Eſa. lxv. ecce ego creo celoſ no uos ⁊ terrā nouam.

c Corde eñ cre ditur ad iuſti ciā ⁊c. Vn̄ ini tiū illiꝰ epl̃e ſcribit. s. Paulꝰ in eodē ca. di. Si cōfitear' in oꝛe tuo dominū ieſuꝫ. ⁊ in coꝛ de tuo crediderī. q̧ de us illū excitauit a moꝛ tuis ſaluus eris. Tūc ſtatim ſequit̃ epl̃a pꝛe ſens (Fratres. Coꝛde credit̃ ad iuſticiam.) Hoꝛ. i. ad iuſtificatio nem habendā (oꝛe au tem cōfeſſio fit ad ſalutem). i. ad ꝑfectio nem ſalutis. neceſſe eſt eñ fidem confite ri ꝓ locoꝛ tpe. In ſignum huiꝰ recipit ho mo ſacramentū cōfirmationis in fronte. Vn̄ dꝛ in decretis. Confirmatio iō in fron te ponit̃ vt a recipiente fides ſine erubi ſcentia publicet̃. de ꝯſe. di. v. Nouiſſime Vn̄ Luc. xij. Qui me cōfeſſus fuerit coꝛā hoībꝰ cōfiteboꝛ ⁊ ego eū coꝛam p̄re meo. (Dicit eī ſcriptura) ſacra veraciter (Om nis q̄ credit in illū nō cōfundet̃) ſup. eterna liter (nō eñ eſt diſtin ctio iudei ⁊ greci) Li. ꝗtum ad iuſticiā q̄ eſt ꝑ fidē xp̄i (nā idē dn̄s oīm). ſ. iudeoꝝ ⁊ gen tiliū (diues in om̄es) Hoꝛ. i. ditans in oīs (q̄ inuocāt illū). ſ. fi de ⁊ ope (oīs q̄cunq̧ inuocauerit) nō xbo tenus ſ; coꝛde intimo. (nomē dn̄i). i. filiū pa tris in quo ſicut in ꝓ nomine eſt notificatio p̄ris (ſaluꝰ erit) ab et no ſupplicio (Quō er go inuocabūt in queꝫ nō crediderūt) Ly. q. d. nullo mō. qꝛ oꝛatio p̄ſupponit fidem oꝛan tis (aut quō credēt ei quē non audierunt.) qꝛ fides p̄ſupponit au ditum vel a deo intus ꝑ inſpirationē vel ab hoīe exterius ꝑ p̄dica tionē (Quō aūt audi ent ſine p̄dicante) Ac tus aūt p̄dicādi p̄ſup ponit auctoꝛitatē offi cij. iō dicit̃ (Quō xo p̄dicabunt niſi mittan tur). ſ. a dō ſicut olim ꝓphete vl' apl̃i eiꝰ lo cū tenētes ſicut p̄dica toꝛes alij. Hoꝛ. aliter āt n̄ ē p̄dicādū. ſic nec ip̄e xp̄s filiꝰ dei p̄dica re voluit. niſi miſſus a patre. vtꝫ Luc. iiij. Opoꝛtet me etiā alijs ciuitatibus euāgelizare regnū dei. qꝛ ad hoc miſſus ſum (Scriptū eſt) Eſa. lij. (Q̄ ſpecioſi) id eſt bene foꝛmati ſunt. (pedes euangelizantiū pacē) id eſt reconciliati